1

Actum in Curia Regia Branscensi Sabbatho ante festum Sanctorum Simonis et Judæ Apostolorum prox. Anno Domini 1642. In præsentia Gnosi Alberti Grzymek Krasowski Vicecapitanei Castrensis Branscensis.

81

Mezenskiey Advitalitas.

Coram Officio et Actis præsentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Martini Tolwinski de Tolwino districtus Mielnicen. sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia ipsi Nobili Dorothea Mezenska coniugi suæ legitimæ Advitalitatem et Usumfructum in medietate omnium et singulorum bonorum mobilium et immobilium hæreditariorum obligatoriorum quæsitorum et sequocunque modo et iuribus titulis spectan. in areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis borris et cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis ad medietatem prædictorum bonorum spectan. ad extrema vitæ illius tempora inscribit et assecurat. Quæ quidem bona ipsa Dorothea Mezenska cum omnibus utilitatibus tenebit habebit et possidebit illisque ad extrema vitæ suæ tempora utifruetur, post mortem vero et decessum illius bona eadem in successores eiusdem Stanij Tolwinski devolui debebunt

Ac insuper idem ipse recognos praedictae coniugi suae
Bona sua apud quasvis personas in obligatione exntia exi
mere, illisq ad ultima fata vitae suae uti frui consentit
eademq usq ad solutionem Summarum pro se in eliberationem
bonorum eorundem erogatarum tenere incumbit. Hac sua
personali recognitione in praemissis mediante.

G. Kaleczycki — Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Bran:
scen personaliter comparens Gnosa Helisabeth filia olim
Gnosi Stanislai Kalecki adprius consors legitima Gnosi Joan
nis Dobrosowski cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniu
galis personali assistentia et consensu praestantes sana mente et
corpore exns palam publice ac libere recognovit qua
Gnosum Joannem Kaleczycki filium Gnosi Wasiel Sasin Ka
leczycki uti bonorum post olim Gnosum Joannem Kalecki fra
trem suum sterilitter decessum quaesitorem de solutione
Summae Centum Florenorum polon, ad rationem dotis
se de bonis et sorte memorati olim Gnosi Joannis Kalecki
provenientis quietat et liberum facit perpetuo Hac sua
personali recognitione in praemissis mediante.

Grzymalanka — Debitum.

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Branscen
personaliter comparentes Gnosus Joannes Dobrosowski
olim Petri filius atq Gnosa Helisabeth Kaleczycka coniunx
ipsius ipsa quidem Helisabeth cum mariti sui uti tutoris con:
iugalis personali assistentia et consensu praestantia sana mente et cor
pore exntes palam ac libere recognoverunt et quilibet eorum